

ni- am digni sunt : et non de-lébo nómina e- ó-rum



de libro vitæ.

℣. Lætámini in Dómino, et exsultáte justi. ℟. Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Deus, cujus hodiérna die præcónium Innocéntes Mártyres, non loquéndo sed moriéndo, conféssi sunt : ómnia in nobis vitiórum mala mortífica ✠ ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur : Per.

AD II. VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ super Psalmos ut in ij. Vesperis Nativitatis Domini, pag. 101. et seqq.

Capitulum. Apoc. 14.

Vidi supra montem Sion Agnum stantem ✠ et cum eo centum quadragínta quátuor míllia : habéntes nomen ejus et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

Hymnus vij. toni.



Quæ vox, quæ pó-te- rit lingua reté- xere



Quæ tu Marty-ri-bus múnera præ- paras? Rubri nam



flú-ido sánguine, láure- is Di-tántur bene fúlgi- dis.